

* *

) § (✕) § (

* *

D E O O P. M A X.

THEOREMATA HÆC, QUÆ EX VIII. PRIMIS TITULIS
Lib. V. Decretalium Summi Pontificis Gregorii IX. ab
incæpto huius anni curriculo selegimus, toto animi sensu
O. D. C.

T H E O R E M A I.



UM Ecclesiæ Militantis muneri dicati, pravorum hominum insidiis, malitiisque turbari non debeant; Accusationem, ut Reus, nullus perpeti teneatur ad Accusatoris petitionem non legitimi (2) Accusationis pendente iudicio, non valet eo crimine impetratus novâ Præbendâ decorari, sive Dignitate. (3) Clericus, accusantis superatâ calumniâ, si definitivè fuerit absolutus, ulterius ad Iudiciû nō erit lacesitus. (4) Si notoriè confiterit de criminis authore, ad damnationē processurus est Iudex, defecto formali Accusatore: (5) Quinimo ab hoc munere inimicitia notâ laborâtes, animadverto propulsos. (6) Inscriptionem nondum appingenti superest ab accusando regressus, pœnâ prorsu haud libero. (7) Quo inscriptionis nexu vincitur accusans, solutus est Denuntiator. (8) Iudicio per inquisitionem formato, suas extra ordinem luet pœnas Reus. (9) Singulis annis celebranda Synodus pro formandis Clericorum moribus, ipsorumque corrigendis excessibus. (10) Accusator si de calumnia apparuerit convictus Subdiaconatui subdens, & exutus ordine, afficiebatur verberibus, & in exilium

insuper mittebatur. (11) Si tandem Ecclesiastico potiat Beneficio, suspensus eoque maneat, donec definitiva pronuntietur sententia. (12) Episcopus nihil temporale pro conferendis recipiat ordinibus: (13) Quin obsit consuetudo contraria in eisdem, Præbendarumque electionibus. (14) Removeatis convenit à Beneficio, id simoniacè obrinentes. (15) Pro Episcopatus dignitate assequenda, homagium fieri minimè permittatur. (16) Regulares, si pro Monachalis Habitus largitione pretium quodvis receperint, ab officio suspenduntur, quod obeunt; & exinde Gezismum, aut Simonia perpetrant. (17) Nihil Plebani pretii pro Paroecianis nubendis, benedicendis, sepeliendisque, aut Tremendo Sacrificio offerendo recipiant. (18) Cavento Ecclesiæ Cathedralis Canonici, ne Plebem, Civesve concitent, pro alterius quacumque electione epulis, conviviisque accumbere. (19) Restituant Gezita quidquid ex huius naturæ vetis, realibusve pactio-nibus acceperit; confissi mediis fidius, quod perceptum ex mentali raturâ simoniâ, restituere penitus sint immunes. (20) Qui Episcopalem jurisdictionem exercet, pretium aliquod propterea traddens, suo privetur officio. (21) Nec Ecclesiastica jurisdictio, sub annuo censu concedi valeat, aut pretio. (22) Verum nē dubites, quin modo, ac forma certis, Beneficiorum fructus valeant conducere, locarive. (23) Pro docendis, ac erudiendis Clericis Præbendâ, aut Beneficio aliquo in Cathedrali Ecclesiâ constituto, nullum omnino pretium exigi à Magistris valet, illorumque provissio primas præferat Prælatorum curas. (24) Referenda non est consuetudo, quæ in contrarium perviguisse fertur in Galicana Ecclesiâ Scola-rum Magistri prætextu. (25) Idcirco in Cathedralibus provissum est de Magistro, qui Clericos in paupertatem emer-sos edoceat gratis admodum. (26) Quia nefas est, ut quos Christus Dominus sanguinis sui effusione redemerit, persecu-torum vinculis irreptiti permaneant; Christianorum nullus Judæis inserviat, pro quolibet insuper mancipio duodecim solidos accepturis. (27) Si Judæi renuant Christi Fideles libertate donare, protinus erumpant in eandem. (28) Sarra-cenis Christiani arma deferentes excommunicationem, & rerum suarum sententiam privationem, primùm occupanti cedentium. (29) Cum Christi fidem habere non credatur, qui ad Christicolarum Baptismata spontaneus non pervenerit, re-nuentes Judæi Sacrum Bapisma recipere, gentium minimè cogantur. (30) Judæi inter Christianos commorantes nec officiis publicis præfici, nec Jurisdictionem exercere quibunt. (31) Anathemathizatur Episcopus, qui hæresi la-befactum, universalem suorum bonorum delegerit successorem. (32) Qui pravâ hæresi à verâ nostrâ devia-verit fide, cum excommunicandus, tum Ecclesiasticâ privandus est sepulturâ. (33) Et Clericus hoc cœne errore grassatus, si in suâ pertinaciâ, dum vitâ fungeretur, remanserit, Curia traddere Jus est seculari, ut pro meritis perpetiatur supplitium. (34) Laici in Eccle-siis ne prædicent: nec in Conventiculis, hominumve cœtibus de Mysteriis Sanctæ Fidei disputare ausint. (35) Hæretico-rum fautores excommunicationis mucrone feriantur. (36) Etsi totius anni curriculum tali statu depressi prolabi permittant, infamiae notâ inurentur. (37) Quas ordinationes Schismaticus confecerit, nullas ita judica, ut ordinatus exercere ordi-nes, quos accepit, sit impos, dispensatione semotâ. (38) Nullæ deinde sunt Ecclesiasticarum rerum alienationes à Schismatico, vigente schismate patrata. De Beneficiorum collationibus, Ecclesiarum unionibus, idque genus aliis, idem esto iudicium. (39) Impetrantes beneficia à Schismaticis, impetratis carebunt. (40) Bona, quæ, operante Schismate, ab Ec-clesiâ separationē, aut amotionem patiuntur, ad eandem redeant abs gravamine ullo immunis, ac pristina libertate donata. De definitionibus, divisionibus, aliorumque ad perfectam disciplinam à primo ad usque nonum titulum quinti Decretalium Libri spectantium, dicemus aliquantula, si rogati fuerimus in Circo. De cæteris eiusdem Libri titulis, qui nos sequentur, erunt verba facturi.

HÆC TUEBITUR D. PETRUS GALLEGO, SUB D. ANTONII EGIDIO, ET CECILIA

J. P. D. ac ejusdem vespertinae Cathedræ Regentis auspiciis. Locum præstabit Certamini florens ad-modum Regalis, ac Pontificia Orceletana Universitas. Die 29 Mensis ^{Januarii} anni M. DCC. LXXVII.

CUM FACULTATE SANCTE INQUISITIONIS.

Vt. Dr. Josephus Balaguer C. R.

Vt. Dr. Aucejo R.

Orcelet: Ex Officina Jphi. Vincentii Alagarda, P. C. Tip.

R. 20.759



(2 (X) 2)

D E O O P . M A X .

THEOREMATA HAEC QVAE EX VII. PRIMIS TITULIS

Lib. V. Decretalium Summi Pontificis Gregorii IX. ab inspecto huius anni curiculo seligitur, toto animi seruo

O . S . C .



UM B... (The main body of the text is extremely faint and mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page. It appears to be a list or index of theorems.)

LIBER TERTIUS DE PONTIFICIS POTESTATE... (A block of text at the bottom of the page, possibly a title or a section header, also appearing to be bleed-through or faint printing.)